



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De vxore mariti mortem conciliante. xli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

ta omni tempore. Vinum, medonem<sup>1</sup>, & mellitam cer-  
fiam nunquam bibas, nisi in illis prædictis tribus diebus.  
Vxorem ne ducas, concubinam non habeas, adulterium  
non facias, absque spe coniugij perpetuo permaneas. Nu-  
quam te laues in balneo, equum non ascendas, causam  
tuam & alterius in conuentu fidelium non agas, in conui-  
uiis lætantium nunquam sedeas, in Ecclesia segregatus  
aliis Christianis post ostium humiliter stes, ingredien-  
tium & egredientium orationibus suppliciter te commi-  
des, communione sacri corporis & sanguinis domini cum  
etis diebus vitaे tuæ indignum te existimes. In ultimotem  
mino vitaे tuæ pro viatico, si obseruaueris consilium, &  
accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa duriora quæ  
tibi iuxta pondus tanti facinoris essent adiicienda: sed si  
haec omnia quæ suprà misericorditer dicta sunt, perfecto  
corde Deo auxiliante perfeceris, & custodieris, confidimus  
de immensa Dei clemētia, remissionem tuorum pec-  
catorum habiturum, & secundum boni iustique pastori  
imperium, resoluat te sancta Ecclesia ab hoc vinculo pec-  
cati in terris, ut per ipsius gratiam qui eam suo sanguine  
redemerat, sis solitus in cœlis. Sin autem aliter feceris, &  
sancta matris Ecclesiæ salubre consilium despixeris, ipse  
tibi sis iudex, & in laqueo diaboli quo irretit<sup>9</sup> teneris mag-  
neas, sanguisque tuus sit super caput tuum: nos alieni  
cōsortio tuo, & sub indissolubili anathemate permaneas,  
donec Deo, & sanctæ Ecclesiæ satisfacias.

*De vxore mariti mortem conciliante. Cap. XLI.*

*Ex cœcil.  
apud Ver-  
nerias,  
cap. 3.*

**S**i qua mulier mortem viri sui cum aliis conciliata est,  
& ipse vir aliquem illorum se defendendo occiderit,  
& si hoc probare potest ille vir eam ream esse consilii, po-  
test ut nobis videtur, ipsam vxorem dimittere, & si voluerit  
aliam vxorem accipere, ipsa autem insidiatrix, pœni-  
tentia subiecta, absque spe coniugij maneat.

*De hoc, si plures vnum impugnauerint. Cap. XLII.*

*Ex eode  
concilio,  
cap. 98.*

**S**i quatuor aut quinque homines seu etiam plures, con-  
tra vnum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus  
mortuus fuerit, quicunque eorum ei plagam imposuit, se-  
cundum statuta canonum ut homicida iudicetur, reliqui